NONA ASIAE

NONA ASIAE Tabula continet Ariam, Paropaniſadas, Drangianam, Arachoſiã & Gedroſiam. Parallelus eius medius rationẽ habet ad meridianũ, quam tredecim ad quindecim. Circũſcribitur autẽ tabula ad ortu India, à meridie Indico pelago, & ab occaſu utracꝫ Carmania & Parthia. Ab arctis, Margiana & Bactriana.

			Habet diem maximum: H	m̃	Diſtat ab Alexandria uerſus ortum: H	m̃
Ciuitates inſignes	Arię	Aria	14	26	3	0
		Bitaxa	14	45	2	55
		Alexandria	14	30	3	20
	Paropaniſadum	Naulibis	14	27	3	49
		Carura	14	26	3	50
	Drangianę	Prophthaſia	14	20	3	20
		Ariaſpa	13	50	3	14
	Arachoſię	Alexandria	14	6	3	36
		Arachotos	14	0	3	51
	Gedroſiæ	Cuni	13	45	3	20
		Muſarna	13	45	3	40
		Arbis	13	30	3	0

PTOLEMAEVS

In Arbi ciuitate ſol ſemel in anno fit ſupra uerticem, in ipſo æſtiuo tropico. Et hoc dicimus, quia ſol prope ipſum eſt tropicum. Sciendum autem, quod cum diſtat tertia parte unius magni gradus qui in zodiaco tres efficit, tum non ſemel in anno, ſed bis neceſſe eſt ſolem fieri ſupra uerticem, quando ſcilicet diſtat à tropico æſtiuo ab utraque parte gradibus tribus, ſicut in alijs ciuitatibus præſcriptum eſt, quæ in eadem parte latitudinis ſitæ ſunt.